

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

125.
142

EPITHALAMIA

In

Honorem nuptiarum, pietate, doctri-
nâ & virtute, morumq; integritate præ-
stantissimi viri juvenis,

DN. GOTHOFRE-

DI SCHAVVERI, SCHOLÆ

Cothoniensis hypodidascali di-
gnissimi,

S P O N S I,

CUM

Lectissimâ, pudicissimâq; virgine,

M A R G A R E T A,

Honestissimi civis,

DN. ANDREÆ HINNICKE

relictâ filiâ,

S P O N S A,

Matrimonium contrahentis Servestæ AD

.VI. Id. Jul. Anno Christi 1615.

*Boni omnis ergo ab amicis & collegis nuncupata, quorum
sua cujusq; versibus nomina sunt adscripta,*

SERVESTÆ

Typis Zachariæ Dörfferi, ANNO ut supra.



151

ETHALAMIA

In

Memoriae et obituarius, oratio, de
re et virtute domini in episcopi
familiam viri

D. GOTTSCHE

DI SCHAVVIERSSCHORRE

Compendium in scholasticis de

genio

2. 1. 1. 1.

Lectionum, scholasticarum

MARGARETA

Hortensium

DR. ANDREA MINICKE

scholasticarum

2. 1. 1. 1.

Memoriae et obituarius, oratio, de

re et virtute domini in episcopi

familiam viri

Lectionum, scholasticarum

2. 1. 1. 1.

Memoriae et obituarius, oratio, de

re et virtute domini in episcopi

familiam viri





PSALMUS CXXVIII.

Commendans omnibus hominibus, & inprimis conjugibus verum timorem DEI, & manuum laborem, utrunq; ad vitæ beatitudinem summoperè necessarium,

Expositus carmine Sapphico, & amicorum nuptiis pro communi γαμηλιῶσεis voto nuptiali destinatus.

O Quater felix, quater ô beatus!
Quem timor tangit DOMINI, nec usquam
A viâ, & verbo repulit J E H O V Æ
Devius error.

O quater felix, quater ô beatus!
Quem fovent duri manuum labores.
Nam tibi votum cumulata supra
Omnia cedent.

Te tori consors tua, VITIS instar,
Quæ comâ cingit viridi domorum
Tecta, stipabit teneræ feraci
Germine prolis.

A 2

Ceu

Ceu novo plantæ gravidis in agris
Vere pubescunt O L E Æ : recinget
Multa sic proles tibi copioso

Agmine mensam.

Hec quidem vitæ bona sunt, timentem
Quæ manent Regis superum, inter illa
Ditior Crasso, simul atq; Cræso

Exiget annos.

Te Patris summi Bonitas beabit,
Conjugem, prolemq; tuam J E H O V Æ
Larga ditabit manus ex sacratæ

Arce S I O N I S.

Ut bonis Pacis S O L Y M A M fruentem,
Ut bonâ letos I S A C I nepotes
Pace, natorumq; queas tuorum

Cernere natos.

A L I U D.

Eodem autore.

O Qui flosculus elegantiorum
Non es ultimus in choro virorum,

Qui

Qui decus patriæ es, decus tuorum,
Bonâ mente petis Thalassionem,
Dignum nomine non Thalassionis?
Scribi dulciculos cupis phaleucos?
Offerrî hendecasyllabos tenellos?
Qui sunt dulciculi minus phaleuci,
Nec sunt hendecasyllabi tenelli.

Certè mens mea languido labore
Occupata, gravissimisq; curis
Torpet, ipseq; nuper ex remotis
Hinc longè regionibus, favente
Et juvante Deo, domum reversus,
Sum tot carmina melle dulciora,
Cultos versiculos, & expolitos
Oblitus numeros Catullianos.
Unde haud immeritò cluere possem
Versifex malus, & malus Poëta,
Sed vir sat bonus, ut reor, probusq;.

Hinc latere domi bene, atq; mecum
Solut mallem habitare, quàm Theones
Hisce versiculis movere, iniquo
Audentes lacerare scripta dente.

Ast caripietas tui parentis,

A 3

Et

Et virtus tua, sanguinisq; nostri
Ufus, candidulas jubent Camœnas,
Tedis pauca jugalibus canentes
Offerre hoc geniale munus, atq;
Paruipendere voculas Theonum.

Salve ergo mihi ter, quaterq; salve
SPONSE candide, qui tuæ puellæ
Heres interioribus medullis,
Salve splendida Gemma, Gratiarum
Proles, delictum tui parentis,
Musarum soboles, medulla Suada,
Scholarum decus unicum ministris,
Quem candor niveus, gravisq; virtus
Commendat, pietasq;, & expolitum
Vitâ, religione, moribusq;
Præcunctis probat, ornat integellis
Pudor, simplicitasq; quem Camœna
Et dulces Charites fovent, faventq;
Quem Phœbus pater, & sacrata Virgo,
Dexterâ gladium tenens, sinistrâ
Libram, ultrò comitatur, ac tuetur.
Quem fides PATRIS, & probata virtus,
Quem spes propria patriam docendi

Mon-

Monstrat, nec dubitare reddit ullum,
Quem rarus rubor, integrumq; robur,
Quem præstantior elegantioris
Forma corporis evehit, sacratæ
Quem vel Diva potens Cypri, Jovisq;
Conjux & soror, aut patrima virgo
Eligant sibi, si Paphon, Cytheron,
Domosq; Idalias, Gnidon, Cyprumq;
Et lucos Erycis velint redire.

Salve tu quoq; ter quaterq; salve
SPONSA, Gloria virginum, decusq;
Gemma splendidior, pudore plena,
Quæ micantior aureis pyropis,
Quæ fulgentior optimis lapillis,
Quæ præstantior omnibus smaragdis,
Baccis omnibus, unionibusq;
Carisq; anteferenda MARGARITIS,
Ob raras animi, ingeniq; dotes,
Ob rarissima dona castitatis,
Obq; munera comitatis, atq;
Insignis pietatis, atq; vitæ,
Atq; simplicitatis, atq; mentis,
Atq; pectoris integri, integræq;

Famæ,

Fama, quæ pretiosior cylindris,
Beryllis quoq̄, & Indicis lapillis,
Ob mores lepidos, bonos lepores,
Ob salesq̄, jocosq̄, mollicellos,
Ob formam egregiam, caputq̄ pulcrum,
Ob collum niveumq̄, eburneumq̄,
Obq̄ bella labella, quæ corallis
Certant, mellaq̄ dulciora vincunt,
Ora obfulgida, myrrheos capillos,
Ob dentes niveos, genas tenellas,
Glaucia ob lumina, quæ duces honesto
Honestis in amore sunt puellis,
Linguam ob sua violoquam, manus nitentes,
Obq̄ brachiolum, lacertulosq̄,
Qui vincunt Scythicas simul pruinas,
Qui longè anteeunt suo decore
Picta lilia per virentia arva,
Tandem ob compositum latus decenter,
Atq̄ albos Venerem pedes decentes,
Tibi haud dissimilis datur maritus,
Quem tu ceu proprios colis parentes,
Qui te ceu proprios calet parentes;
Quem tu ex pectore corculum vocabis,

Qui

Qui te ex pectore corculum vocabit.
Quem tu sua violum, tuam columbam,
Quem tu partem animae tuae, & columnam,
Quem tu delicias tuas, & aurum,
Argentum quoq; nobilem smaragdum,
Psittacum, philomelulamq; dices.
Qui te sua violum, suam columbam;
Qui te partem animae suae, & columnam,
Qui te delicias suas, & aurum,
Argentum quoq; nobilem smaragdum,
Psittacum, philomelulamq; dicet;
Parentemq; suam, suam sororem,
Virginemq; suam; suam maritam,
Dexteramq; suam, suam medullam,
Carnemq; osq; suum, unicamq; costam,
Unicumq; oculum, unicum Pyropum,
Et quod carius unico Pyropo,
Unicoq; oculo esse possit ulli.

O quam Sponsa tibi favet JEHOVA!
Tali quod poteris frui marito;
Qui per nocticulas, dieculasq;
Est solatiolum unicum, optimumq;.

O quam Sponse tibi favet JEHOVA!

B

Tali

Tali quod poteris frui maritâ;
Que per nocticulas, dieculasq;
Est solatiolum unicum, optimumq;.

Cum tuâ ergo parente, cum sorore,
Tuâ virgine, cum tuâ maritâ,
Cum carne, osse tuo, tuâ medullâ,
Costaq; unica, & unico Pyropo,
Unicoq; oculo tuo Sibyllæ
Vive secla, torum repleq; prole,
O qui flosculus elegantiorum
Non es ultimus in choro virorum,
Qui decus patriæ es, decus tuorum.

Johannes Cramerus
J. U. D.

AD DN. SPONSUM.

OMnia mutantur! testis Gothofrede, tot annos
libertas tibi grata fuit: nunc compede vinci
non renuis cathedræ: quin ludi pulvere gaudes.
O magnus labor ô! cœlesti Jhova beare
munere quem satagit (nam sic sacra pagina spondet.)
Non hæc sufficiunt, sed restant plurima vincla.
Fama etenim loquitur; quod non mage cælibe gaudes
dormitare toro, simili probitate maritam
dum thalamo associas, socius quæ commoda lectus,
tecum pensiculans, præstet nuptæ atq; marito,
qui non imperio Jhovæ parere reculant.

Suggestonè prius, thalami vel grater honori?
Messe unâ tibi, Sponse ô nostri portio cordis,

binus

binus habetur honos. Decus est, quod pulpita calcas
pulverulenta Scholæ primum: tibi munus Olympo
commissum paulò perages post sedulus, illam
justiciam miseris monstrans mortalibus, una
quæ potis est homines in cœli sede locare.
Sic sibi dilectis condensat commoda Numen.
Nec pro parte tuâ tantum gratantia fundo
verba: sed & grator, quod Jhova subindè ministros
sufficiat, VERUM pandentes æthere natum.

O bone Jhova, quid hæc tibi pro bonitate rependam
pauper ego? nam sunt, totus quæ continet orbis,
sub ditione tuâ: fulgentis sidera cœli
Imperioq; regis. Nil ergò, præter honorem
exhibeo laudis, devoto corde fluentis,
te fretus tutore, tuum Jhova optime nomen
appellans: agè tende manus, agè concipe laudes:
inq; tui gremio sine me requiescere amoris.

Sed nunc te, Gothofrede, voco: ducente Jehovâ
qui nactus nympham es, cujus rubor ora pererrat,
non precio, verum precibus votisq; petisti
mente piam sociam: cui primo à limine vitæ
fluxère in luxu teneri non turpiter anni.
ô magnam dotem! ô majorem jaspide dotem!
Quam prece quæstisti, Jhovâ monstrante reperta est.
Hæc tibi sit vitæ, voti, consorsq; dolorum:
& ferat ò tutum rebus solamen in arctis:
tristitia & curæ si quando corda fatigant.
Es nimium felix, dum Jhovæ jussa secutus
hoc non ferre jugum renuis, lectissime Sponse.
Ne sit triste jugum, faciat qui teq; tuamq;
huic subigit: donec vos eximat inde, decusq;
offerat æthereæ, post fara suprema, coronæ.

Hæc ego ruricolas inter. Servesta Poëtis

est plena, & Musis plena: his, tuus, auguror, hymnis
aoniisthalamus certatim ô Sponse, canetur.
Purpureas malas dicent, albamq; puellæ
frontem, nomenq; Hebræis, quid deniq; Græcis
Margaridos signet: nec erunt, qui non sua proment
carmina: queis mea jungo simul, licet horrida: namq;
molliculos numeros & lene sonantia guttur
raucicrepum textit raro, interdenta rubeta.

Penè quid exciderat: sic Spartam sedulus orna:
ut, te discipuli veluti nunc jure Magistrum,
sic te post annum vocitet nova Nata parentem.

*Abrahamus Cremerus, Ecclesiæ
Lindaviensis Pastor.*

A L I U D.

N Omina si quod habent omen, Schavvere, videris
Conveniens factis nomen habere tuis.
Namq; sonas noto Spectator Teutonis ore:

Formâ en spectatâ jam tibi nupta datur.

*Seu, quod majus erit, spectatis moribus uxor
Venit in amplexus, en Godefrede, tuos,*

*Hunc spectas cunctis formâ certare puellis,
Quas Servestani protulit ora soli.*

*Hanc spectas nulli illarum virtute secundam,
Cothonia nymphas quas chorus omnis habet.*

*Nescio, num Sponse fausti quid & ominis insit;
Gallinam Hinnikiam Teuto vocare queat.*

*Quid dicam, queris? tua Margaritis ecce cubilis
Consort, divino munere qualis adest,*

*Sit precor illa ferax gallina more: beatus
Spectator spectes pignora multa tori.*

*F. Collegæ suo suaviss. Christopho-
rus Vierthalerus Ludi mod.
Cothon.*

F I N I S.

№ 1996

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808




nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX



125.
142

ALAMIA

In
rum, pietate, doctri-
mâq; integritate præ-
viri juvenis,

HOFRE-

ERI, SCHOLÆ

ypodidascali di-
ssimi,

NSI,

um
icissimâq; virgine,

ARETA,

ssimi civis,

E HINNICKE

tâ filiâ,

NSA,

trahentis Servestæ AD
nno Christi 1615.

*Et collegis nuncupata, quorum
nomina sunt adscripta,*

VESTÆ

örfferi, ANNO ut supra.

